

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. XIV. De Noemi in Arcâ laboribus, & de aquarum incremento.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

se ferentior erigit ad Deum. Quisque sibi ipse dicat: En, huic tuo centro, terra, sepulchro quotidie tendis viam. Festina igitur, & quod propinquior es fini, eò expeditior tende ad Deum. Diluvium sepelit obstinatè improbos.

## CAPUT XIV.

De Noëmi in Arcâ laboribus, & de aquarum incremento.

**A** Thenis in solempniore convivio viri feminæque mixtum confederant, virgines & matronæ plerique omnes stibio & purpurisslo plectæ. Cum autem convivium suum hilaritatem ludo jocisque jam maximè explicaret, convenerunt inter convivias risu augendo circulares facetas admittere. Hic una feminarum ceteris longè formosior, nec stibio fucata, hoc consili dedit. Peluvium aquâ plenum adferri iustis è lege, ut omnes in orbem convivâ à summo ad imum faciem lavarent. Ita illus unius forma inter omnes feminas in hoc balneo se insignissimè probavit, cetera tameris faciem parcente manu lavarent, pigmentorum tamen & cerussæ fucum maculis contractis cogebantur fateri.

Diabolus Noëmi ævo ita orbem ad suas leges formaverat, ut perpetue contumelias epulæ, assidua agitarentur convivia. In his veterator factiosi colores facillime vendidit. Nihil dubii est, quin in conviviis illis & symposiis omnis generis petulantia, levitates, nequitia, proterveritas, lascivie ac libidines acroamatum vicem uli & more fuerint receptræ, hilaritatis & recreationis nomine fucatae. Hoc enim stygius myropala soler, ubique locutum virtus, non ut virtus, sed ut mores honestæ specie, titulo, nomine velatos vendit. Ita nequam pigmentarius cerussatam cutim, purpurissatas buccas nusquam non ostentat, virtus virtutis prælinuit colore.

Hoc diaboli stibium, hanc cerussam & purpurissum istud acheronticum diutius Deus tolerare nequirit, sed copiosam effudit aquam in orbem, ut elueret factiosos scelerum colores, & aboleret tot flagitorum turpitudines. Noëmus ex tantis millibus se Deo eximiè probavit. Ille quidem in arcâ ab inundantibus aquis securus, ei tamen in ligneo hoc sepulchro plurimum laboris & ærumnarum erat tolerandum. Quod hoc capite, & una inundationis incrementum exponemus.

## §. I.

**N**emo quæsierit, quid Noëmus tanto tempore in arcâ fecerit. Annū & dies septemdecim in arcâ latuit, ut infra demonstrabimus. Deus illi non permisit in otio esse. Dies noctesque abundè habuit cum suis quod ageret. Expendamus aliquantulum viri labore. Convictores Noëmi nimis multis aluit. Plusquam septingentis animalibus cibum potumque subministravit. Neque verò omnibus ex unâ cädemque olla, ut fit pluribus contubernialibus, inferre potuit fercula, suam cuique mensam, suum pabulum parare debuit, prout specie, vel ipso etiam genere, distinctæ erant animantes. Nec solum pabulum afferte, & suam cuique osfam obspissate, quotidiani officii erat, sed simetum insuper effere, stabulorum fordes purgare, & ne quid deficeret, singula quorunque domicilia quotidie lustrare. Ita Noëmus cum filiis suis famulus erat pecuarium, ancilla pecuarie cogebantur esse quatuor feminæ, Noëmi & filiorum conjuges. Ita Paulinum illud quotidianum fuit:

2. Cor. c. 6. In multis tribulationibus, in laboribus, in patientia multa: 2. Cor. c. 6. Præfertim eo loci, quo nec auræ nec lumini penetrare licuit, ubi nihil liberioris prospectus, ubi fecerit animalium tantus, ubi merum stabulum. Chrysostomus hom. 21. in hac animo volvens, Ego autem, inquit, super omnia virtutem. Tom. II.

A tem justi admiror, Dominiq; bonitatem & ineffabilem misericordiam, quando considero, quomodo posuerit versari in mibi p. 165.

medio bestiarum, leonum dico, & pardorum, & aliarum immittit ferarum. Quî tandem ista, & quidem tanto tempore ferre potuit, tam tenebricoso carcere, sepulchro tam fructu inclusus? Nil erat, quod gaudio, recreatiō, solario esset, nisi hoc unicum: In manu Dei sumus. Si placeat Deo, servabimur; sin minus, in arcâ etiam perire possimus. Imperium dicitur & Voluntas unicè solabantur. In ceteris omnibus laboris & mortis bestiarum plurimum. Et quamvis alia omnia nihil turba & volūtas bâscent, diurna rama nocturnaque arca inquies, & Noëmu solabatur.

Assidui fluctuum assolitus, satis superque homines capti-  
vos afflississent. Quod pariter expédens Chrysostomus, Chrys. 10. 1.  
Anno toto, inquit, novum & rarum illum carcere inhabi-  
bit, neque aërem respirare valens. Quomodo & undeque ei, Gen.  
enim arca munita erat: quo modo substitit & quo modo dura-  
vit dic mibi: nam si ferrea & adamanta illi fuissent corpo-  
ra, quomodo potuissent, qui neque aëre fruebantur, neque ven-  
to, qui non minus quam aër ad refocillanda corpore nostra fa-  
cilius est, neque oculos pascere poterant, aut cali, aut terra floribus  
pictæ spectaculo? Quomodo non excecati oculi eorum qui  
tamdiu ibi egnerunt? Et si humanis rationibus hec deprehendere  
volumus, & illud cogitandum, unde fluvialis & potabilis aqua  
copiam habeant in arcâ viventes? Et ut hac præstrem, quo-  
modo potuit justus illa cum filiis & uxoribus conversationem  
cum feris & aliis animalibus ferre? quomodo tulit factorem?  
quomodo tulit cohabitationem? Prætere quid passus sit, quando apud se recognitabat solitudinem, vasitatem, vitam illam doloribus plenam, omni solatio undeque defitutam, neque colloqui neque aspectu jucundam: & ignorabat, quanto tem-  
pore ferenda in illo carcere conversatio; sic enim strepitus aquarum,  
& astus timorem in illo quotidie crescentem generabant.  
Quid enim jucundi suscipiari ipse poterat, qui videbat centum  
quinquaginta dies aquas in eadem quantitate manentes, & in  
altum elevatas, & non subsidere.

**C**um tripli autem argumento discimus aquas supra: 1. Indicium fidem humanam crevise. Primum è lacrä paginæ ver-  
bis illis petitur: Multiplicate sunt aquæ, & elevaverunt ar-  
cam in sublime à terrâ. Vis aquarum ingens fuerit necesse est, que tam obstupescendum pondus attolleret, uti  
naves attolluntur à mari. Credibile proflus, Noënum  
eo artificio arcam ingentibus trabibus, tamquam basi-  
bus impositam struxisse, ut aqua subiens molem elevare illam & veluti succollare potuerit, ne in alterutrum  
latus vergeret, sed æquilibrio ferretur. Indicium incre-  
menti secundum: Vehementer inundaverunt, & omnia re-  
plerunt in superficie terra: porrâ arca ferebatur super aquas. 2. Indicium  
pelegunt in superficie terra: porrâ arca ferebatur super aquas. Gen. cap. 7.  
vers. 18.

Hugo Victorinus opinatur arcam ad cubitos novem, Liranus ad duodecim aut tredecim cubitos aquis mer-  
sam natâsse. E divinis libris nil affirmandum. Tertium diluvii incredibiliter crescentis indicium: Et aqua præ-  
valuerunt nimis super terram, operti sunt omni montes  
excelsi sub universo calo. Nullo penitus excepto, nec eo,  
qui nubes transcendit, Olympo.

Admirandum illud, quod additur: Quindecim cubitis Ibid. v. 20.  
altior fuit aqua super montes quos operuerat. Hoc denique fato quidquid vixerat, sepultum est. Quod auctoritas  
divina gravissime testatur his omnino verbis: Consumat  
pt. àque est omnis caro, qua movebatur super terram, volucrum, &  
animantium, bestiarum, omniumque reptantium, que reptant su-  
per terram. Universi homines, & cuncta in quibus spiraculum  
vite est in terrâ, mortua sunt. Præter morem copiosus hic  
est sacer historicus, perinde si dicat: Tam formidando  
eventus non capit humana levitas, nisi eadem bis tere  
reptantur & inciduntur: ea enim hominum incuria  
est, ut dannis alienis non facile moveantur; tunc do-  
lent, cum suis capiuntur malis. Idcirco prioribus sat clari-  
ris addendum: Et delevit omnem substantiam, que erat super  
terram ab homine usque ad pecus, tam reptile, quam volucres  
cali; & deleta sunt de terrâ. Remansit autem solus Noë, & qui  
cum

cum eo erant in arcâ. Hic sanè quinques terræ sit mentio, ut magnitudo malii caperetur, & animalia in aquis degentia scirentur tanta cladis immunia.

Quis verò illud intelligentia satis assequatur, quindecim cubitis altiorē tuī aquam super universos montes, quos opererat? Quis eō locorum ascendit, & hanc undatum exuperantium mephus est? Eam certè Noëmus non videre, neccum meriti potuit. Vérū Geometer illa, atque Architectus hæc aquarum incrementa mensis est exactissimè, qui & flammis supra formacem Babyloniam quadrangula novem cubitis evolantes dimitiri, & ad ulnam revocare potuit. Ex quo etiam p̄t̄t̄, hanc diluvii historiam à divino Numine dictatam. Quòd verò aquam eō voluerit excrescere, ut Olympus & Atlas altissimi montes operentur, & caput undas abderent, id factum ideo, ut viventium nihil evaderet, nec bestiola, nec avicula ulla, & nec homo quidem unicus, sed nec gigas maximus se posset exitio subducere. Si enim non omnia montium juga undis fuissent recta, potuisset vir giganteus editissimi montis culmen condescendere, & illuc tueri vitam. Pereundum fuit omnibus, Noëmo solo cum familiâ eximio. Quām iratus Deus, quām graviter ab humana gente offensus, qui aquas ad supplicium sumendum evocatas ad eam eduxit altitudinem, ut ad median aëris regionem crederantur pervenire! Censit aliqui, ad mundi finem supremo die desflagrationis ignem eō evolaturum. Cū sententia nec Augustinus repugnat.

Fabula est, quam Hebrei somniant; Og gigantem eluvionis imperium evanescere, eoque trahunt illud Deut. cap. 3. teronomii: *Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum.* Que si vera interpretatio, rex iste ad octingentos annos exatam perduxisset. Tunc enim à diluvio fūcerunt anni, ad ingressum Hebreæ plebis in provinciam Chanaan: quæ quia illis in prædam fuit, tradidit, ajunt, Dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og regem Basan, & universum populum ejus, percussumque eos usque ad internectionem.

## §. II.

**S**olus Noëmus eluvionis imperium evanescit in columnis, qui tamen annum suum hospitium largiter laborando, precando, gratias agendo, patientiam cum primis admirandam exercendo exsolvit. Chrysothomus hac de re ita disserit, ac si Noëmus in perpetuis egisset tenebris, cùm tamen alii navigantes aperto cælo fruantur, suūmque iter ad astrorum motus componant; & licet dies aliquot tempestibus jaçentur, vident tamen montes, oppida, civitates, & ubi in portum appulerint, reficiunt fœlē, procellarum oblitio. Hic nihil tale, toto enī anno carcerem recenti aurā carentem habitavit. Et tamen utique Noëmus hæc diurna incarcero juunda fuit, quia si Deo placuit. Nempe omnia divinitati consiliis transcripti, non disputans, an non ita rectius alio modo peragi potuerint. Nil harum questionum movit, illud manere ac fixum esse voluit, in rebus omnibus Voluntate Dei ac nutu acquiescere. Lex hæc & regula proborum omnium est, non id quod patiuntur, sed ejus causam, Dei voluntatem intueri.

Noëmus cognatos, amicos, domum tot annis habitatam deserere cogebatur, nihilominus serenam Deo conscientiam exhibere, idem cum illo sentire, probare factum, Dei justitiam adorare, suarum partium esse scivit. Omnes justitiae serii cultores generolo animo audient dicere: Si ius & fas exigant, pereat mea domus, imminuantur facultates, comburatur mea uxor, filia, soror, quid ego demum hæc euro, modò detimenti nihil capiat Dei honor. Doluit Noëmus tot millions hominum interire; id tamen omne Deo divinaque justitiae commisit. Nam hic ipse omnium malorum interitus pauculus illis fuit fructuosus. Etenim ad diluvii finem

**H**istoria diluvii à divino Numinе dictata.

Ibid. v. 3.

**D**iurna in arcâ de tentio fuit Noëmo jucunda.

**T**ot homines interire doluit Noëmus, id tamen

A nemo fuit, qui piam illorum vitam turbarer, qui convitii aut maledictis afficeret, qui pravis exemplis, aut impuris illiciis corrumperet. Nequit se menem jam fuit extinctum. Deinde illa ipsa interitus tam horrendi memoria frenum erat, quod à virtutis abstraheret, & calcar quod adigerat ad honesta. Non dubium quin tempore posterio quotiescumque pluvia vel iris visa, amplissime stragis præterite memoriam reduxerit.

Hic illud obseruemus, diluvium mundi geminum Diluvio esse metuendum, primum Culparum, Pœnatum alterum. Nam sicut Noëmo aeo, rupti sunt omnes fontes pluviales, abyssi magna, ita diluvium culparum ex inferis velut Calypso, & Oceanus vomit. Quam eluiuntur impurissimam Oleam riuas, aversatus. Non est veritas, inquit, & non est misericordia, & Ojaz non est scientia Dei in terra: maledictum, & mendacium, & homicidium, & furum, & adulterium mandaverunt, & fatus sanguinem tetigit: propter hoc lugebit terra. Quod Beato Anselmo Christus ostento cælesti dicitur monstrasse. Videbat Anselmus flumen rapacissimum sordibus plenum, quod magno rueret imperu, & canum orbis heret. Quorū hominum ad ripam hærebant, flumen abripiabant, viros, feminas, opulentos, egenos, quibus nimis volupe fuit tam impuris undis voluntari. Obfupuit vir sanctus viso tam prodigioso, & nōcumpromis cupiebat, quid oblata species portenderet. Divinitus intellexit, fluvio mundum, mundique fallacias, qui illi voluntarentur, designari eos, quos palcerent fodiendissima mundi delicia.

Verè fluvius est, Quidquid fluxarum terreni possidemus, ab alio ad alium atque alium transeunt. Non tantum hinc æternum nihil, sed nec stabile. Quicquid affectu inhaeret tam caducis, trahitur & sordes bibit. Deterret hanc sitim Jöbus, Abominabilis, inquit, & iniuria homini, qui bibit quasi aquam iniquitatem. Quòd autem decurrit hæc aqua? In fauces Behemots. Nam eodem Jobo testit, Ecce absorbit fluvium, & non mirabitur, & habet fidem, iam quod infat lordanis in os suum. Nec enim idolatrias sibi folios, sed & Christianos in prædam sibi cœsiros sperat.

Arque hoc effrenatarum cupiditatum & culparum diluvium aeo Noëmi primum erat, natabat in eo celestis orbis, homines, ubi hominem exsuffit, velut vultu marini in hoc vitorum oceano lusserunt. Hos fulminans è cathedrâ Chrysothomus, Ob carnales, inquit, voluptates, quibus immersi erant, amiserunt esse hominū. Nisi solus homo, ceteri non homines, sed ex hominibus in bestias mutati malitia voluntatis.

Post istud igitur culparum diluvium sequebatur alterum Pœnatum à celo terraque immisum tot sordibus eluendis. Quid miramur orbem plenissimum erummis, cùm exundet peccatis? diluvium delictorum non claudo pede comitur diluvium morborū, luctus & dolorum. Hic geminum ex more documentum appendimus.

## §. III.

**O**bsecra omnia & spura fuge. Quod carnem sapit, picis instar inhaeret, inquinat, verbis & cogitationibus se misceret, inficitque omnia. Unicus subinde nutus oculi hominum venenat. Si orbis olim adversus Deum suelamasset: Ecce, Domine, tuam effigiem vim, hominem perdis? respondisset Dominus: Quia caro est. Cur tamdiu benignus non parcis diutius? Quia caro est. Sed cur, ô Domine, summum orbis artificium vis destrueret? Quia caro est. Cur animantium regem tam infami dæmnas supplicio? cur celo conditum submergit? Haud aliud à priori dedisset responsum. Quia caro est. Nos sæpe libidines nostras specioso nomine humanæ fragilitatis prætextum, maximam continentia difficultatem objicimus, & plurima hæc excusamus. Hæc dici speciosè possunt; nec enim suus vitiis color deficit; interim vociferantur sacræ paginæ, orbem abolitan, homines

homines extintos, quia caro fuerunt. Hoc enim summe dispergitum est Deo, hominē ratione præditum, non ad rationis, sed ad carnis dictamen pleraque omnia fatigare. Atque hoc cœnosum illud ac turbidum flumen est, quod maximam orbis partem ad ventris curas & carnis voluptates trahit. Cave ripam fluminis, cave quidquid carnem & libidinem olet, pīs est, fœtor & turpitudine, cœnum est, certa pestis animi est. *Obscena omnia & spuria fuge.*

**A. Adversa** **II. Adversa tolera.** Humanæ miseria diluvium sunt penarum. Vellimus, nolimus, omnes eo volvimus. Ubi culpa, ibi & pœna; ubi peccatum, ibi & peccati supplūcium. Hic eximius nemo. Sed hoc solerit: Flumen est, non confixit, labitur assidue, defluit. Quod hodie patimur, eras non dolet. Imò quod hodiernā luce toleramus, crastina exhibilabit, ob diei prateritam tolerantim. *Latari sumus pro diebus, quibus nos humiliabit, annis, quibus vidimus mala.*

Hoc pœnatum diluvium omnibus hominibus destinatum balneum, hoc nostrum est lavacrum. *Quoniam per multis tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Ne quis autem malorum moli succumberet, solatur & erigit Tobias his omnino monitis: *Hoc autem pro certo habet omni qui te colit, quod vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur.* Ecquid trepidamus, cum pœnatum nos, diluvium una cum aliis involvit? Vox amantis eriam nota: *Ego, quos amo, arguo & castigo. Certissimum: Quem diligat Dominus castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Nemo spem abiciat, nemo cadat animo.* Juditha teste Abramam tentatus est, & per multis tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Jacob, sic Moses, & omnes qui placherunt Deo, per multis tribulationes transierunt fidèles. Illi autem, qui tentationes non supererunt cum timore Domini, & impatientiam suam, & impotrium murmuratio[n]is sue contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt. Quād nervosè & ipse Tobias, Tu flagellas, inquit, & salvas, deducis ad inferos & reducis, & non es qui effugias manum tuam. Oremus, & nōmet caelestibus seruemos delicias: luxa est Dominus iūs, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu salvabit. *Multa tribulationes iūsorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.*

## CAPUT XV.

*Cur Deus diluvio tantum temporis permisit?*  
*Longanis patientia Noëmi.*

**N**ullus malorum exitus in rebus adversis & tristibus illud plerumque tristissimum solet accidere, cum exitus malorum nullus appetit. Hinc illa querela nostra: Et nequid illus est finis? & quando tandem desinet hec tempestas? & quando cessabit hec agrimonia? quis terminus Iliadis tam luctuosus? Cuicunque male est, ei horæ videntur hebdomades, aut menses, aut etiam quandoque anni. Mora omnis molesta est mali finem expectantibus. Nec eis quidquam longius videtur, quād tempus omne, quod miliarium finem non appetat.

Noëmus hanc ipsam mora tarditatem accusans dixerit: Ergone nullus calamitatis finis? nequid celestes ira deferuerunt? nequid in portu sumus? E quando deum è carcere tam ferido educemur? Cibis, potus, pabulum paullatim deficiunt: si diu differatur exitus, immunes à diluvio conficer fames, penuria cibi consumetur. Quid juverit vulgarem mortem evasisti, si permaneas diiore? Hæc, inquam, Noëmus queri potuisse, nisi aspera omnia, & ipsas longiores moras incredibili patientia & æquanimitate condenseret. Alia post aliam hebdomadas, aliis post alium mensem labebatur, nec tamen ullum Noëmus indicium audierat aut viderat subfidentium aquarum, nec Deus illi significari jussaret quis diluvii futurus finis.

*Tom. II.*

**A** *Obtinuerintque aque terram centum quinquaginta dies.* *Gen. cap. 7. Vers. 24.* Anno profus dimidio, nullum ne minimum quidem indicium erat decrescendum aquarum. Ita ignoravit Noë, quando demum in libertatem cum suis esset asserendus. Duo igitur hic explicanda. 1. Quid præparè Noënum in atra perturbare, angere, sollicitare potuerit. 2. Quid sibi voluerit hæc Dei cunctatio, cur Noënum arcu non citius emiserit.

## §. I.

**P**ost exactos à diluvii principio quadraginta dies pluvios,

*Ovid. lib. 1. Metamorph. mithi pag. 6. post quartum. Cornelius de Lapide.* *Omnia pontus erant, deerant quoque litora ponti:* nec enim apex ullius montis est vallis. Latuerunt pressæ sub gurgite tressæ. Hic magna sanæ fides, fideique constanza poscebatur à Noëmu. Tam enim variò tentamine explorator est in eo carcere, ut nobilis hoc aëvo scriptor auctor dicere, mirum cum non desperasse. Insipiciamus tentamenta.

1. Domum tot annis habitatam, cognatos, vicinos, amicos, cara omnia & jucunda deserere cogebatur, & ta quibus velut vietiam offerte morti. 2. In carcere tenebrioso & fetidum unâ cùm feris compingebatur. 3. Terrebatur utique ira Dei tam ardente, & implacabili, velut innocentes parvuli attontantur, cùm parens in famulos excandescit. Noëmus vel insens formidate malum poterat: quacumque enim prospexisset, mors praefens in oculos incurrebat. 4. Quia probus & inde padividus metuebat, ne quid Deo forsitan in le fuisset dispergitum, & idcirco deferi commeruerit. 5. Ignorabat, quandiu inaudita haec tempestas esset levitura. Anno dimidio nullum subdientis aquæ indicium sciri poterat. 6. Exiit inde nullus, arca obferata, captivi omnes quoiquot in eam conclusi. Solum calum & imminentium aquor aquam poterant spectari.

*Vix erat goro naturæ vultus in orbe.* *Ovid. lib. 1. Metamorph. initio.*

7. Tot hominum totque animalium interitus virum minimè crudeliter affligebat ex orbe toro, & ex omni genito humano numero soli octo homines vivi superverant, ceterorum omnium cadavera fluctibus sepulta. 8. Laborabat in exili grege domestico firmando ac confolando. 9. Curæ de futuro rerum statu sollicitabant angebantque. Quod enim tanti cadaverum cumuli? Num ego cum meis (cogitaverit) omnium ero vespilio? Num pecuarior sum & subsequia?

His offensionibus expotitus erat Noëmus: sustinuit Ejus fiduciam & supereravit omnia. Magna profus fidei constanza, solo Deo divinæ voluntate ac prudentia niti. Quantu[m] non durassent inter tam molesta simul & operosa mors pæne dulcior fuisset visa. Ita Deus exercet suos perfectisque. Nos sape sollicitudini & curis nostris fulcra infirma statuimus, sed nimis infirma. Ita enim quandoque ratione infirmocinamur. Si non succedat istud, spes meas alii affigam: si promissum hic fallar, illum eligam patronum, qui non faciliter injiciat mihi iustificationem: si & hic spes decollet, ad illius me potentiam applicabo. Ita hominibus & humanæ potentia, auctoritate, gratia, humanis præfatis ac promissis nimirum vani, facilèque decipi. Sed inaniam hæc vota irridens Deus, *Quæ est ista, inquit, fiducia, I. a. 36.*

*quæ confidis? & vel quo consilio aut fortitudine rebellare dispositus? super quem habes fiduciam, quia receperisti à me? Ecce confidis super baculum arundinaceum confactum istum, cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum ejus, & perforabit eam.* Ita Deus subducit fulcra, non succedunt cepta, absunt plurima. Quisquis in his angustiis deprehensus, divinæ voluntatis ac providentiae mysterium ignorat, facile despöndens animum, Actum est, inquit, velle me primi dem esse mortuum; non eluctor è tot æxumnis; perii. At verò divini nutus intelligens & observans, Hic Dei mos est, inquit, hic celestis curia stylus. Jam novimus Dei artes in erudiendis nobis, subtrahit fulcra, quibus

• 813

niteba-